Cenſura & approbatio admodum Reuerendi P. F. Petri Gomez de Guinaldo, Prouintiæ Sancti Michaelis, Olim Prouincialis Miniſtri, Lectoris iubilati, & Collegij Ciuitatenſis Rectoris.

IVSSV Reuerendiſſimi Patris noſtri F. Bernardini à Sena, totius Ciſmontanæ familiæ
Seraphici, P. N. Franciſci Ordinis, Commiſſarij Generalis, hoſce ingenioſiſſimos com-
mentarios in vniuerſam ſubtiliſſimi Doctoris noſtri Scoti Logicam, à doctiſſimo Patre
Fratre Ludouico Rodriguez, in hoc Ciuitatenſi Collegio, huius almæ Prouintiæ Sancti Mi-
chaelis, Sacræ Theologiæ Lectore, ſatis elaboratos, qua potui diligētia & attentione luſtraui
atque per legi: eaque in illis abipſo præſtita eſſe deprehendi, quæ non ſolum ſanæ doctrinæ cō-
ſona, & Scoticæ Scholæ germana, mihi, imo & omnibus videri poſſint: verùm etiam; vt quæ
noſtri Doctoris Subtiliſſimi doctrinam, multis etiam ex noſtris parùm intelligibilem, & id
circo à pleriſque neglectam, facilem & perſpicuam Lectoribus ingenioſis, atque audientibus
diſcipulis reddant: Ita vt cum magno fructu, & emolumento ab omnibus in poſterum legi poſ
ſint, & debeant: Cum talia ſint, vt eandem mirificè non ſolum ornent, ſed & illuſtrent, & ab
omni obſcuritate vendicent: modumque ſuggerant, quo abſque difficultate eàdem vti poſſint.
Quam ob cauſam omnes Artium & Theologiæ noſtri Ordinis Scholas, præſentium commen-
tariorū Authori magnas eo nomine deberi gratias iudico: Cuius præclara eruditione, ſtudio,
ac labore hoc opus, quo ingenia ſua mirificè poſſint expolire, obtinent. Ideo, nè tāti viri ela-
boratiſſimæ lucubrationes in tenebris lateant, dignas eas iudicaui, quæ prælo committantur,
& communi Reipublicæ fructu diuulgentur. Data in eòdem Collegio Ciuitatenſi, tertio de-
cimo Chalendas Septembris. Anno Domini 1622.

Frater Petrus Gomez de Guinaldo,
Lector Iubilatus.

HVIC Imperiali noſtro Societatis IESV Collegio, à Regali Hiſpaniarum
Senatu, commiſſus eſt Viſendus liber, quem Author Reuerendus Pater Fra
ter Aloiſius Rodriguez Ordinis Seraphici, (in Collegio ſuo Ciuitatenſi,
publicus Theologiæ profeſſor.) Voluit Commentaria Sortiri cognomen, ſuper Lo
gicam Vniuerſam Subtiliſſimi Doctoris Scoti; qui apex eſt ac facula Orthodo-
xæ Doctrinæ, quin & totius Scholaſticæ Theologiæ Summa. Hunc, inquam, librū
attente legi, atque omnia eius principia ſecundum fidem, nulla vero ſecus eſſe com
peri, & dignum duco, qui prælo mandetur. Et Authorem pariter æſtimo laudandū,
propter ſuam in ſcribendo elegantiam, nec non ingenij acumen & ſolertiam. Data
Matriti, in eodem noſtro Societatis IESV, Collegio die 29. Auguſti ſub Anno Do-
mini 1623.

Gabriel de Baſſas.

EL REY.

POR quanto por parte de vos Fray Luys Rodriguez, Lector de Teologia, de la Orden de
Señor San Franciſco en la Prouincia de Santiago, nos fue fecha relacion que auiades com-
pueſto vn libro intitulado Summulas, y Logica ſobre la de Eſcoto, que os auia coſtado mu-
cho eſtudio y trabajo, y era importante a la republica ſuplicandonos os mandaſſemos dar li-
cencia para le poder imprimir, y priuilegio por el tiempo que fueſſemos ſeruido, o como la nueſtra
merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, por quanto en el dicho libro ſe hizie-
ron las diligencias que la Pragmatica por nos vltimamente fecha ſobre la impreſsion de los libros diſ-
pone. Fue acordado que deuiamos de mandar dar eſta nueſtta cedula para vos en la dicha razon, y
nos tuuimoſlo por bien. Por lo qual por hazeros bien y merced, os damos licencia y facultad para q̃
vos, o la perſona que bueſtro poder vuiere y no otra alguna podays imprimir el dicho libro intitula-
do Summulas y Logica ſobre la de Eſcoto de q̃ de ſuſo ſe haze menciō en todos eſtos nueſtros Rey-
nos de Caſtilla, por tiempo y eſpacio de diez años, que corren y ſe quentan deſde el dia de la data de-
ſta nueſtra cedula ſopena que la perſona, o perſonas que ſin tener vueſtro poder lo imprimiere, o ven-
diere, o lo hiziere imprimir, o vender por el meſmo caſſo pierda la impreſsion que hiziere con los mol
des y aparejos della, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis, cada vez que lo contrario hi-
ziere, la qual dicha pena ſea la tercia parte para la perſona que lo acuſare, y la otra tercia parte para nue
ſtra camara, y la otra tercia parte para el juez que lo ſentenciare, con tāto que todas las vezes que ouie
redes de hazer imprimir el dicho libro durante el dicho tiempo de los dichos diez años lo traygays
al nueſtro Conſejo juntamente con el original, que en el fue viſto que va rubricado cada plana, y fir-
mado al fin del de Martin de Segura nueſtro Secretario de camara de los que reſidē en el nueſtro Cō-
ſejo, para que ſea vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme al original, o trayga fee en publica forma de
como por Corrector nombrado por nueſtro mandado ſe vio y corrigio la dicha impreſsion por el orī
ginal, y ſe imprimio conforme a el, y quedan impreſſas las Erratas por el apuntadas, para cada vn li-
bro de los que aſsi fuerē impreſſos, para que ſe taſſe el precio, que por cada volumē ouieredes de auer.
Y mādamos al Impreſſor que aſsi imprimiere el dicho libro no imprima el principio, ni el primer plie-
go del ni entregue mas de vn ſolo libro con el original al Author, o perſona a cuya coſta lo imprimie-
re, ni otra alguna para efeto de la dicha correccion y taſſa haſta que antes y primero el dicho libro eſte
corregido, y taſſado por los del nueſtro Conſejo, y eſtando hecha, y no de otra manera pueda impri-
mir el dicho principio, y primer pliego, y ſuceſsiuamente ponga eſta nueſtra Cedula, y la Aprobaciō,
Taſſa y Erratas, pena de caer y incurrir en las penas cōtenidas en las leyes y pragmaticas de nueſtros
Reynos, y mādamos a los de nueſtro Cōſejo, y a otras quales quier juſticias dellos os guardē y cūplan
eſta nueſtra Cedula y lo en ella contenido. Dada en Madrid à cinco dias del mes de Setiembre de mil
y ſeyſcientos y veynte y tres años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro Señor,
Pedro de Contreras.

009654

IN LAVDEM AVTHORIS, P. Fr. FRANCISCVS PENA LECTOR IVBILATVS, ET IN CONVENTV SANCTI FRANCISCI DE CACERES SACRAE THEOLOGIAE PROFESSOR, ET EX PROPRIO MVNERE CONCIONATOR.

Epigramma.

COEleſtes, humero, ſphæras ſi ſuſtinet Athlas
Ingemit, & feſſo corpore, mittit onus.
Neceſſes animo, fas eſt, Roderice per Annos
Iam decies, humero, tela, & aratra vehens.
Exi ſume, decus, Fratrum, Roderice Minorum;
Te Logici expectant, Philoſophique ſimul,
Exeat in lucem, comitante Minerua, lepore,
Ingenij clari, lucis Ariſtotelis.
Exeat, & ſalibus lepidis per docta fruatur;
Tunc erit innumeris magniputanda viris.
Alter; vt Amphion, qui mœnia condidit vrbis
Thebanæ; allexit dum fera ſaxa lyra:
Ingenium in noſtra ſic eſt ſubtile, paleſtra;
Gaudeo; quod veluti tu Scotus alter ades.

GRAVISSIMO, NOBILISSIMOQ;

DOMINO D. FERDINANDO DE ANDRADE, ET SOTOMAYOR, Almæ Hiſpalenſis Eccleſiæ Canonico, & Aſtigienſi Archidiacono meritiſſimo F. Ludouicus Rodriguez Noyenſis S. P. D.

SI omnes litteris dediti, qui ſtudiorum ſuorum vigilias typis mandare conantur, virum aliquem, ſiue virtute, dignitate, litteris, ſiue nobilitate, ſeu beneficiorum erga illum, cumulo præditum, & inſignitum, cui illas dedicent, & ſub cuius protectione in lucẽ exeant, perquirunt; ſi (inquam) ſic ſe res habet; vt vſus, & experientia docent (nobiliſſime, & prudentiſſime domine) in lucem proditurus ego primum ingenioli mei fœtum; Dialecticæ, ſcilicet Compendium, & Commentaria ſuper Logicam Doctoris Subtilis Ioannis Duns, Scoti, noſtri Ordinis Minorum, cui virorum alteri, niſi tibi, illum dicare, & conſecrare poſſum? In te namq; omnia prædicta ſimul (alijs omiſſis multis) reperiuntur. Virtutem enim tuam omnes tui noti; maxime Hiſpalenſes ciues; ad ſydera euehunt, & extollunt. Dignitas etiam tua cunctis, qui te norunt, manifeſta eſt: ſi quidem nunc Canonicus Almæ Eccleſiæ Hiſpalenſis, & Aſtigianus Archidiaconus (vulgo de Ezija) meritiſſimus exiſtis; alia quondam non minori in Palentina Eccleſia derelicta; cum alia (Deo dante) maiori, quæ te, ex omnium ore, à Catholico Philippo noſtro condonanda expectat. Litteræ quoque tuæ, quibus ingenium tuum viget, præſertim prudentiæ virtus, qua te Deus, & natura decorarunt, omnibus pateſiunt. De nobilitate tua neutiquam agam: maximum enim facinus committere viderer, ſi de re tam aperta hic agere intentarem. Sed vt eam ignorantes (ſi forte ſint aliqui) ſuam ignorantiam eijciant, ſtemmata in principio poſita, & alia quam plurima, quæ tibi iure competunt, proſpicere queunt. Sin vero ad conſanguineos tuos, qui ſunt omnes ferme Galletiæ, à quo nobiliſſimo Regno, omnes quaſi nobilitates Hiſpaniæ prodeunt, nobiles, & ad quatuor fratres tuos quatuor præclariorum ordinum Militarium, Diui Iacobi, Diui Ioannis, Alcantaræ, & de Calatraba, habitibus inſignitos, ſeſe conuertant. Si tandem beneficiorum memorer, quis Minorum fratrũ eorum immemor erit? Quis te, Parenteſq; tuos, fratres, & omnes, qui domui de Viſta-Alegre, à qua filius legitimus propagaris, coniunguntur, benefactores noſtros non confitebitur? Profecto nullus. Etſi aliquis beneficijs acceptis ingratum ſe oſtendere vellit, non tamen ego metalem vnquam oſtendam. Recepiſſe enim me in adoleſcentia mea de domu tua beneficia quãplurima confiteor. Te etiam, domumq; tuam, Patronos antiquiſſimos conuentus noſtri Noyẽſis, in quo (Patruo tuo reuerendo admodum Patre fratre Georgio de Mendoça Diui Iacobi prouinciã tunc temporis guuernante) Seraphicum habitum ſuſcepi, proclamo. Te pariter, domumq; tuam, tanquam meos Parentes, Dominos, & Magiſtros, veneror, & amplector: nam Grammaticæ Magiſtro medio, quem in antiquiſſimo Noyenſi Oppido à Noe Patriarcha ædificato, & in quo natus fui, aſſignatis, & cui ſtipendia ſoluitis, Grammaticus euaſi. Tibi deniq; benefactoris mei ſpecialis: nam tuis auxilijs hoc opus prælo commiſi; nomen debitum adſcribo. Quare, ſi in te omnia ſimul vnita, quæ alij in alijs ad hoc diſperſa requirunt, vt tibi hoc opus dicem, concurrunt; iuſto titulo, iuſtoq; iure, tibi conſecrari debetur. Accipe igitur (perilluſtris domine) munuſculum hoc paruum, eo charitatis affectu, quo tibi à me dirigitur, & offertur: nam ſi ſic à te ſuſceptum fuerit: & hoc detractores Momos nõ latuerit: nec de me, nec de meo labore, ſe detrahere non auſuros, exiſtimo. *Vale.*

Epiſtola ad Lectorem.

NON te latebit; nec latere poterit (prudentiſsime Lector) in noſtra Seraphica Religione, quam plurimos extitiſſe, & actualiter nunc temporis exiſtere eminentiſsimos viros, qui doctiori, & elegantiori modo, atque ſtylo, Commentaria, & Articulos, ſuper Logicam, Phyſicam, & Metaphyſicam, ſubtiliſsimi Magiſtri noſtri Ioannis Duns, natione Scoti, & ſtatus profeſsione Minoritæ, ædere, & typis mandare, poſſent. Attamen (cauſam penitus me ignorare fateor) prædictorum nullus, his temporibus, hunc laborem ſuſcipere intendit: & ſi aliqui (licet ſint paucisſimi, qui ad me peruenerunt) illum intentauerint; non exacte tamen (niſallor) vt decens erat: nam alij ſuper huius Præclariſsimi Præceptoris Logicam, non eam commentantes; alij ſuper Phyſicam, aliquomodo commentantes; ſed non contra Aduerſarios diſputantes; conſcripſerunt. Qua propter conſiderans ego multos noſtratum hunc laborem non ſuſcipere; multos etiam Scoticam doctrinam profitentes ſui Doctoris, nec Logicam, nec Phyſicam, nec Metaphyſicam; vt eum imitari poſſint; præ manibus habere; præſertim Aduerſarios, qui; vt ex falſis citationibus, falſiſque teſtimonijs, quæ paſsim ei, in ſuis Codicibus, imponunt, cum nec à limine ſalutaſſe, clarius meridiana luce apparet. Conſiderans etiam meā, erga ipſum deuotionē propter ſuā manifeſtam ſanctitatem, tum ex obſeruantia Regulæ Seraphicæ, quæ ad litteram ſeruata (altero Summo Pontifice teſtante) ad quemlibet canonizandum ſufficit; tum ex altiſsimo Chriſto Domino, ſub Infantuli forma, in die natiuitatis ſuæ, per quatuor horarum ſpacium, cum tenerrime amplectente, & deoſculante; ac tandem ex Imagine Deiparæ Mariæ Virginis illi caput inclinante; comprobatam: conſiderans deniq; intimū affectū, quo, ab ineunte ętate mea, illius doctrinam proſequor, & amplector: quia ſicut Ioannes alios Euangeliſtas excellit (ideò namque Aquilæ cōparatur) ſic noſter Ioannes alios Scholaſticos Doctores mihi excelluiſſe videtur: & ideò etiā (& merito) Aquilinus Doctor ab antiquis fuit appellatus. Sin autem; quæſo; quē mihi dabis, qui ſit in quæſtionū nodis enodandis argutior? Qui acrius cōfutet? Qui efficacius cōfirmet? Qui neruoſiꝰ colligat? Qui (ſi intelligatur) apertius doceat? Qui pari ſinceritate res ſacras tractet? Qui cautius ſuſpecta dogmata vitet? Qui modeſtius contrariorum placita reijciat? Profecto nullus: licet omnes; nes; c…m quilibet Aduerſariorum minimus, ſint ſatis docti; cuiuslibet…ne ſententia probabilis; ipſorumque nullum, Authorem infimæ no… iudico; ſicut quidam illorum, in Prologo ſuæ Logicę, noſtrum No…nalium Principem Ochamum, noſtrumque Illuſtriſsimum Car…nalem Aureolum (ac ſi Caietano in aliquo eſſet inferior) & alios hu…ſmodi, quorum nec ipſe Diſcipulus nominari debet; appellat. Ne…quam ego certe Authores ſuos ita nominabo; nec verbis iniurioſ…fficiam; niſi aliquando ex contumelijs contra Doctorem noſtrum …itatus fuero: non enim ſemper patiētia vincit; ſed omnes incuncta…er doctos appello; doctiſsimū autem, & eminentiſsimum, Angeli…m Doctorem, ſubtiliſsimum vero Magiſtrum æque doctum: ne illu…, propter prædicta, doctiorem, & eminentiorem, dicam: Quæ omn… (inquam) conſiderans (candidiſsime Lector) ne tanti Præceptoris …ctrina, in Logicis, Phyſicis, & Metaphyſicis, tradita deliteat; ideo c…m commentandi, & mandandi prælo, duodecim abhinc annis, cura…, maximo cū labore omnibus manifeſto, ſuſcepi. Quare in hoc pri…o tomo, tibi Dialecticæ Compendium (ſiue Summulas) iuxta huiu… Doctoris mentem; Commentaria, & Articulos, ſuper eius Logicā, ſimul cum quæſtionibus, quas ipſe ſuper hoc ſcripſit; offero. In ſecundo autem, qui iam prælo committitur, octo Phyſicorum libri eodem modo commentati, & dearticulati, tibi offeruntur. Et ſi hilari facie, placidoque vultu, admiſeris iſtos, ſtatim alios duos, alterum reliquas partes Logicæ, & Phyſicæ in particulari amplectentem; & alterum ſuper vniuerſam Metaphyſicam; & (auxiliante Domino) nonnullos ſuper Theologiam; ſimul cum Doctoris littera; & eodem ſtylo explicatos, recipies. Vale.